# OBSERVATIONES
# POLITICÆ,

Super nuperis Galliæ motibus.

M. DC. XLIX.

BIBLIOTECA NAZIONALE TORINO

# PRÆFATIO.

AMPLA civitas mundus eſt, cujus cives quotquot homines. Terminos & fines partium, ambitio, ſeu avaritia poſuit. Limitibus illis ſapiens non includitur. Animi magnitudine omnia perluſtrat; ac unde periculum alii, emolumentum capit, & perficitur. Vaſta præteritorum hiſtoria eſt, nec ideo contemnenda. In præſens mundi theatrum, qui oculos injicit ante actorum compendium inveniet, & uberrima prudentiæ formandæ exempla.

Vidit ſeculum noſtrum Imperatores, Reges, Reginas, Principes laqueo & ſecuri, in campo & exilio, in egeſtate & ærumnis cadere & vitam finire. Alii Regnis & Provinciis pulſi, alii rarâ felicitate aſſumpti. Periêre ſtatus, vel mutârunt formam; & alios de novo emerſiſſe vidimus. Quæ bello exerceri potuit induſtria vel ferocitas; quæ paci faciendæ prudentia; triginta annorum ſpatio patuit. Proceres & miniſtros emergere, & præcipitari, inter nova non computo. Sufficiet nihil omiſſum eſſe quo ſortis inconſtantia & varii ho-

hominum caſus demonſtrari poterunt. Pulchrum eſt intueri hæc omnia, ſine metu, & indifferenter, & in uſum ſuum convertere. Sic obſervatione dignum, quicquid Gallia morbo trimeſtri paſſa eſt. Belli motuſque illius hiſtoriam deſcribant alii. Scommata quæ deteſtor, cavillatores illi degeneres evomant. Mihi ad actiones & errores, qui committi videbantur, attendere volupe fuerat, & omnia ad prudentiæ praxin conferre. Occaſio eſt & campus ampliſſimus proficiendi. Non omnia tango, ſed exercitii gratiâ pauca. Idque ſin-

cerè & nullo affectu judicium corrumpente. Gallus enim non ſum, nec Italus & neutri partium beneficio vel odio cognitus.

O B-

# OBSERVATIONES POLITICÆ.

*Super nuperis Galliæ motibus.*

Noſcere oportet Principem ingenia, mores,facultates & vires ſubditorum ſuorum.

## I.

R*Vdes & ignari naſcimur homines, nec genus ſcientiam tribuit, nec Fortuna; Tempore & uſu perficitur exiguum id,quod capere mens*

*humana poteſt. Omnium verò quæ addiſcuntur rerum; nobilior nulla nec difficilior, illâ Principum ſcientiâ, quâ populum regere nôrunt. Ille enim ingratus, ferox, mobilis, naturaliter parendi neſcius, & libertatis amans, non niſi arte cohibetur & induſtria. Quem niſi probè intelligat, penituſque exploret, fallitur, quiſquis in eo regendo operam animumque intendit. Hinc motus, convulſiones, morbi & Rerumpublicarum interitus. Sed hominem noſcere non ſufficit*

Mihi videtur ars artium, & ſcientia ſcientiarum, hominem regere, animal tam varium & multiplex. *Greg.Naz.*

Vulgus ſine rectore præceps, pavidum, ſocors. *Tac.*

Omni Animali faciliùs imperabis quàm homini *Xenoph.*

Niuna coſa è più neceſſaria per lo buon governo, che'l conoſcer la natura, gl'ingegni, e l'inclinatione de ſudditi. *Bot. l. 2.*

*ſufficit Principi, propius accedat oportet, & in naturam & facultates ſuorum exactiùs inquirat, ut illos non minus quàm ſeipſum habeat cognitos. Nam ut vultu moribuſque, homo ab homine differt, ita populus ab alio, ingenio, & aſſuetudine diſtinguitur. Ideò mitius hunc, aliter alium haberi expedit. Nec omnibus omnia conveniunt. Vt curet ægrotum Medicus, non ſtructuram ſolùm hominis, ſed complexionem ſubjecti perquirit. Nec Oceano ſe committit Navarcha, maris & pixidis nauticæ ut-*

Son los animos de los hombres tan varios, como ſus roſtros, y aſſi no ſe puede negociar con todos con un miſmo eſtilo, conveniente es varialle ſegun la naturaleza del ſujeto, conquien ſe trata, como ſe varian los boccados de los frenos, ſegun es la bocca del cavallo. *Savie.*

Gubernare navem & Rempublicam ſimile. *Sabellic.*

*cunque ſciens, ni quos in itinere ſcopulos, quæve alia vitanda habeat, exploret; Minus qui Reipublicæ clavo aſſidet, ventorum pelagi, & caſuum, qui objectari poterunt, ignarum eſſe convenit. Mazarinus, Cardinalis Italus, Franciam minoritate Regis feliciter ſatis gubernat, illam verò & partes ejus ſufficienter noviſſe, ex nupero civili bello minimè enotuit. Nam utcunque pro Aſinis habeantur Galli à quibuſdam, vel pro fatuis, & qui verbis promiſſiſque haberi, ac metu contineri poſſe credantur; animum tamen*

Rex Galliæ, Rex Aſinorum, &c. dictum Maximil. Imperatoris.

*Les François paroiſſent fouls & ne le ſont, &c.* Prov.

*tamen & audaciam ſubeſſe compertum eſt. Ignorare non debuit Cardinalis, Galliam penè totam expilatam eſſe, & eò deſperationis redactam, ut non niſi occaſionem tumultuandi exſpectaret. Sed ille horum omnium ſecurus, quam evitare diligentiſſimè debuit, occaſionem obtulit, & caput ipſum petiit, cujus ad exemplum membra faciliùs commoverentur. Pariſienſes ignavos reputavit & imbelles, & fame octiduâ facillimè necandos; Parlamentum diſcors & factionibus ſciſſum, nec cum Pariſienſi po-*

Graviſſimi ſunt morſus irritatæ neceſſitatis. *Port. Lat.*

*pulo convenire credidit, (quæ fundamenta nuperi belli) ſed in utroque lapſus eſt. Principes quos neglectos vel offenſos noverat, fidos ſperabat, vel parvi momenti. Contæus Regii Sanguinis neglectim habitus & ſæpè eluſus; Longevillanus expenſarum & dedecoris in congreſſu Monaſterienſi perpeſſi nondum integer; Elbovius cum filiis tribus, penſionibus fruſtratus & in officiis petitis repulſam paſſus; Beaufortius quinquenni carcere elapſus; & nondum reconciliatus; Bullonius exul quaſi & vagus, ſine*

*ſine ſpe, ſua vel promiſſa æquivalentia recuperandi, Hodancurtius, dignitate & bonis ſpoliatus, & ob nullam indictam cauſam carcere longo mulctatus; & alii alia perpeſſi, quomodò in domeſtico bello vitam & bona pro illo exponere potuerunt, quem horum omnium cauſam publicè teſtati ſunt. Et hos ſibi faventes credere, vel non adverſos, præſumtio certè ſtolida. Si contemnendos diceret, error manifeſtus; experientia enim docuit, quantum illi momentum attulerunt parti adverſæ. Et quis ſponderet, quin illi*

Qui in ea eſt ſententia, ut exiſtimet magnorum virorum inveterata odia, beneficiis novis dilui, & in oblivionem induci poſſe, is vehementer fallitur. *Liv.*

Quæ poſſe fieri non putes, metuas tamen. *Senec.*

*illi provincias ſuas, Normanniam, Campaniam, Picardiam & Pictavium, quarum illi Gubernatores ſunt, in partes ſuas traherent, ut ex parte factum eſt. Quæ omnia ſi exactius penſitaſſet Cardinalis, obſidione Pariſienſi haud temerè irritandos aſperatos jam ſatis animos cenſuiſſet. Et quin ex hoc morbo ruinam ſibi accelerârit Angliæ Rex quod veſaniam & vires ſuorum minus benè perſpectos habuit, dubito. Id verò certum eſt, Hiſpanum Belgarum imperio excidiſſe, dum ingenia & potentiam illorum non ignognognorans*

Antè morbos neceſſe eſt eſſe cognitos, quàm medicinam.

*gnorabat ſolum, ſed contempſit.*

---

## Nimiâ exactione ad deſperationem redigi populum.

## II.

*Principia & cauſas motuum & convulſionum Rerumpublicarum conſideranti, frequentior nulla & efficacior occurrit nimiâ tributorum exactione, quâ ad egeſtatem primò; mox deſperationem & furorem adigitur populus, ut bonis amiſſis, ultimam in turbido ſpem experiri cogatur.* Semper in civitate quibus opes nullæ ſunt, nova expetunt, vetera odêre, odióque ſuarum rerum mutare omnia ſtudent. *Salluſt.* Compertum eſt egentiſſimũ quemque eſſe audaciſſimum, & non rarò in deſperationem abire paupertatem. *Forſtn.*

*Nam*

Sinite me populum paſcere. *dict. Veſpaſ.*

*Nam utcumque ob ſævitiam & tyrannidem periclitentur Principes, dummodò paſcatur populus, minus ad decuſſa ſublimiorum capita commovetur & attendit. Sic libertatem attrectare, privilegia & conſuetudines tollere haud tantas excitaret turbas, ni ex illâ mutatione minus bene ſibi fore unusquiſque in particulari ſibi perſuaſerit. Tanta ergo annonæ vis, ut hanc ſi præſtiteris, cætera ſecurus ages; ſi demſeris, in reliquis licet æquiſſimus, inviſus habearis & crudelis, & quot egenos, tot hoſtes com-*

E' da notare, che gli huomini ſi moveranno più per privato intereſſe, che per publica utilità: e che ogn'uno ha più caro d'eſſer ſervo & ricco, che povero & libero. *Malvezii diſc.* 12.

Cives benignè habiti, in pace erga Principem liberales, & belli temporibus fideles ſunt; expilati, nec in pace prodeſſe, in bello etiam plurimum nocere poſſunt. *Liv.*

*compares, mutationibus intentos. Tranſeant vetera, ante oculos exempla ſunt, quomodo ob expilationem nimiam integris Regnis, Principatibus, & Provinciis præpotentes Reges exciderant. Sed deplorandum eſt, quòd non alienis potius quàm propriis periculis cautiores reddantur homines: Viderat nuper Gallia, vicina Regna & ditiones, Belgium, Cataloniam, Luſitaniam & Neapolim, ex hoc errore perdita, & Domino ſuo recalcitrâſſe, & quanti hæc ſteterant Hiſpano, ſed parum abfuit, quin ipſa eodem penè fato periret.*

Principe avaro non è durevole; ſudditi oppreſſi mancano d'obedire, e tentano la rouina, di chi gli machina la morte. *Roccabell.*

*ret. Vicennium eſt, quod domi foriſvè bella continuat, & totidem quod immenſis oneribus gravatur & decerpitur. Decem non ita pridem millionibus conſtitit Galliâ reditus, quem ad triplum Henricus auxit; & filius nepoſque deinceps ad centum & quadragintà milliones extenderunt. Et hæc ſufficere diceres ad bella & ſumptus immenſos. Sed tantò minus, ut etiamnum in augendo, & novis corradendi modis, toti ſint miniſtri publici. Exhauſtæ erant Provinciæ, & vix [illegible] ſan-*

Ii demum penates, ea civitas, id Regnum, æterno in gradu ſtare poteſt, ubi minimum pecuniæ cupido ſibi vendicat. *Valer. Max.*

I Signori chi hanno trovato modo d'accreſcergli il peculio regio, guadagnano à uncia e perdono à libre. *Scip. Amm.*

Conſiliarius quidam Gallicus, Regem diverſa exactionum genera docens, conſcientia [illegible] tandem ſtimulatus, cloaca ſe ſepeliri voluit. *Referente Choquier lib. 1. Polit.*

*ſanguis reſtabat plebi, dùm conſilium ineunt, ditioribus imponendum: hinc nova venduntur officia, & veteribus ſalaria ſequeſtrantur, & quæ annuatim pendi ſolita, per vim & uſuram anticipari juſſa, ut quovis tandem modo & precio corraderetur, quicquid adhuc reſtabat nummorum. At improſperè concilium ceſſit, dum primam regni curiam incautius adoriuntur. Prævidit namque Senatus prudens 12. novos Requeſtarum Magiſtros ſuperfluos eſſe, & non niſi cum damno & dedecore*

*decore priorum, veteribus poſſe adjungi; iniquum porrò judicavit, officiales curiæ ſine ulla culpa; debito ſervitiorum præmio ſpoliandos; nec anticipari Polettam, alioſque reditus poſſe ſine confuſione, & ſequentium annorum jacturа. Vſuram quoque iniquam eſſe, Deo, hominibuſque deteſtandam; non illam eſſe neceſſitatem, quâ ad hæc extrema & turpia cogerentur. Sufficere reditus, modò benè adminiſtrentur, & de hoc non minus ſollicitum eſſe decere, quàm de colligendo. Notorium eſſe, & pariter in-*

Vnum dicam, quod nunquàm ceſſàvi dicere: Avaritiæ fugam & liberalitatis gratiam, Regum eſſe gloriam & Regnorum firmamentum, atque hoc potiſſimum aſſequitur, ſi à rebus ſubditorum ſe abſtineat. *Ariſt. ad Alex. Mag.*

*indecorum , tertiam reditúum partem , in fœneratores abire & exactores, qui diteſcunt. Sed dum contra ruit aula , & authoritatem & minas opponit , ſupremas Regni curias ſuſcitat & in unum cogit , ac ita nobiliſſimum Reipublicæ membrum , quod ſtudiosè ſibi conſervare debuerat , ſimul cum plebe perdidit , & ſibi offenſum reddidit & abalienatum.*

Quo-

## Quomodo lenienda onera publica?

### III.

G*Ravia per ſe tributa ſunt, graviora verò reddit modus exigendi acerbus, & ſi apparuerit illa ex libidine magis quàm neceſſitate colligi & perperam diſtribui. Ideò ut acerbitatem hanc dulcedine aliquâ lenirent, & incantamentis velut quibuſdam obvelarent, ſequentia ferè, prudentes rerum moderatores, uſurpârunt.*

I. *Dùm inter Chriſtia-*

Præeſtis hominibus, ſed hominum cauſa: nec Domini modo & arbitri rerum, ſed tutores & adminiſtri eſtis. *Lipſ.*

*ſtianos Principes conſtat illos non eſſe proprietarios & Dominos vitæ, facultatiſque ſubditorum ſuorum, pro lege habuerunt, præter antiqua & modica tributa; nihil ab illis exigere, niſi cum liberâ voluntate & conſenſu illorum, ita conſcientiæ ſuæ & libertati ſubditorum ſatisfactum exiſtimantes, quò legitimè omnia & promptius perficerentur. Et licet in omnibus ſtatibus hæc obſervata videamus, diverſus tamen modus Galliæ placuit, dùm pro lubitu miniſtrorum varii generis tributa aucta & impoſita fuerunt, ordini-*

Sicut Principes, quibus hoc frequens in ſermone eſt, ut dicant habere ſe privilegia, ut quantum velint exigant à populo, certè Galliarum Rex omnium minimè cauſam habet, ut de ſe hoc jactet. Nec enim vel ipſi vel cuivis alii licet. *Comin. li.* 10.

*dinibus non inconſultis modo, ſed repugnantibus.*

La neceſſità come tienne ſopra l'arbitrio, & ſopra le forze l'imperio, così ha ſopra la ragione Dominio. *Roccabell.*

Cum conſulis populo, remove à te ſuſpicionem alicujus tui commodi: fac fidem te nihil niſi populi utilitatem & fructum quærere. *Cic.*

II. *Cum illa neceſſitatis vis & efficacia, ut cùm hæc palam fiat, recti judicii non eſt, qui non cedat, & cujuſcunque difficultatis obliviſcatur; Studuerunt Principes edocere populum ſuum, illam quandoque tam evidentem eſſe, ut ni ſubveniatur ſtatui, pericula incumbant non contemnenda, ideò comitia crebra & conventus Ordinum, quibus exponere non dedignantur, quanta bellorum neceſſitas, quantæ expenſæ, qui reditus, & quàm neceſſaria ſubſidia,*

*&*

*& hæc non infeliciter ceſ-ſiſſe videmus. In Gallia verò annis triginta quinque nulla Comitia, nulla ordinum mentio, nec ulli de neceſſitate belli, vel expenſarum, inquirere fas. Proteſtatus eſt anno præterito ſæpius Cardinalis, belli finem adeſſe, & pacem in manu ſuâ ſe complecti; & ſubſumebat Parlamentum, ejus ergo non hoſtium culpam eſſe, quod non perficiatur. Idem Longevillanus deinceps & Avauxius confirmârunt, occaſionem fuiſſe, & certa temporum momenta, quibus honeſta, tuta & glorioſa*

Illis maximum diſcrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ. *Tac.*



BIBLIOTECA NAZIONALE

*rioſa pax haberi potuit, ſed dum hæc vel ſponte, ſeu inertiâ quâdam negligitur, quæ bellandi neceſſitas, & contribuendi promptitudo? Sed detur, continuandum neceſſariò bellum, an ideò ad ſuccum & ſanguinem exſugenda eſt Gallia? Notum eſt ad aulam Regis & ſtatum internum 60. ferè milliones abire, licet nec illi pendantur. 80. ergò reſtabunt ad belli ſumptus, bone Deus, quanta ſumma! Sueci diuturnius bellum geſſerunt, & fortius, totamque penè Germaniam ſubjugârunt, ſed diſpendio & ſumptibus ho-*

I popoli anco dal cielo ſi ribellano, ſe avaro ſempre & turbato ſi moſtri; molto più i ſudditi dal ſuo Principe, ſe nell' anguſtie della guera, ſieno in ſempiterno tenuti. *Roccabell.*

*hoſtium; vix enim ex proprio millionem bello annuatim contulerunt,& interim militia obediens & contenta reperitur,& domi ſtatus illorum incrementa capit & floreſcit. Gallia minori militum numero decies plus impendit, & omnia ſeditionum plena, & querelarum, quod integris annis nihil acceperant. Sed non milites ſolùm, ecquis in aula & civili ſtatu, qui non idem conqueritur? & pudendum eſt, quod non his ſolùm, ſed Regiæ menſæ inter tot milliones victus defuit; Quæ dum admirari, & ex officio monere*

 *cœpe-*

*cœperant ſuprema Regni collegia, exilio, aliiſque coërcitionibus mulctabantur.*

III. *Hoc etiam exactionum acerbitatem lenire obſervatum eſt, ſi exactores ſint honeſti, non crudeles & avari, ideò hoc curant cordati Principes ut ex civium numero illos petendis tributis præficiant, qui probitatis & integritatis famam habent, & qui amantur ab incolis, ac ut illi ab ordinaria & uſitata via pecuniam recipiendi, in ærarium inferendi, & exacto calculo comprobandi non facilè diſcedant.*

In minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſervanda. *Valer. Max.*

*Sed*

*Sed ut alia pleraque perverſè, ita in hoc quoque peccavit Gallia, quod theſaurarios, & ſolitos in provinciis tributorum receptores, abolevit, rationum cameram neglexit, & fœneratores in eo loco reſtituit, qui armatâ manu, lictorum inſtar, provincias circumibant, populum ſine commiſeratione ullâ excoriantes, ut nil niſi terrorem & ſolitudinem relinquerent; direptis enim facultatibus miſerorum, in corpora tandem ſævitum eſt, & ſi in villa aut oppidulo ſupererat quidam melioris conditionis, pro ege-*

L'obedire pel ſe ſteſſo è duro, s'aggiungi la violenza, s'inaſpriſce in maniera, che ſtimato giogo infelice, non ſi trovera humore, ben che placido, che non procuri di ſottrarne il collo. *Mach.*

*nis ſolvere cogebatur, uſque dùm & ille ſuccumberet. Et hæc omnia in Regis & publicum uſum minimè ceſſiſſe ex eo apparuit, quod iſti exactores & publicani ex infimæ conditionis hominibus, opulentiſſimi exiguo tempore devenerant, idque ædium ſtructurâ & emptione bonorum, ad extremam uſque invidiam teſtati ſunt. Et dùm ab his quorum intererat, ad rationem reddendam poſtulabantur, à miniſtris publicis protecti ſunt, & qui contra auderent, Majeſtatis crimine notati. Ita nec illi admiſſi*

*miſſi ſunt*, i *qui eundem proventum obtulerunt Regi*, *modò rapaces illi vultures dimitterentur*, *& pecunia ſolito & antiquo modo*, *ſine tantâ ſubditorum vexatione exigeretur.*

S'accreſcono le miſerie, e con queſte i pericoli, quando ſcien più mani à diſtrahere è lacerare il corpo del popolo. *Roccabell.*

IV. *Conſultum quoque habitum fuerat*, *& in omni ferè ſtatu probatum*, *ut onera publica non pauperibus & plebi ſolùm*, *ſed ditioribus ad proportionem incumbant*, *ac ut illa vectigalibus graventur quæ luxum & ſuperflua ſubminiſtrant*, *magis quàm quæ vitam & alimenta pauperibus. Sed tantum abeſt ut in Galliis illa ſervetur pro-*

In Roma tutto'l peſo delle taglie e gravezze era ſoſſopra i ricchi. *Bot. l. V.*

 *por-*

*portio, ut nihil communius quàm pauperes videre pauperrimos, divites verò ditiſſimos. quis enim non ſtupeſcat, ad immenſum luxum & abundantiam potentiorum, & juxtà non miſereatur grandiſſimæ plebejorum miſeriæ? ſed quomodo tandem corpus ſubſiſtat, cujus venter & brachia omnem ad ſe ſubſtantiam trahunt, & in deformem groſſitiem excreſcunt, pedibus ex gracilitate nimiâ extenuatis, illis conſiderandum relinquo.*

Nos habemus luxuriam atque avaritiam; publicè egeſtatem, privatim opulentiam. *Saluſt.*

V. *Aſperitatem tributorum*

Nefas eſt diſpenſatorem publicum in delectationes ſuas ſuorumque convertere, id quod provinciales dediſſent. *Lamprid.*

*torum id quoque mirificè mitigat, ſi viderit populus exactam pecuniam cùm judicio & parſimonia diſpenſari, atque in Reipublicæ ſalutem & ſplendorem converti, cujus documenta ſunt, ſi luxus cohibetur, ſumptuariæ leges feruntur, boni & virtuoſi recompenſantur, & ſi ædificia publica providè conſervantur. Quæ omnia, ne ad partes deveniam, in Galliis fuiſſe neglecta, & in contrarium facta, communis omnium querela eſt.* Non ulla expeditior ratio augendi cenſus, quàm detrahere quotidianis ſumptibus.

*Quò verò* 58. *milliones, qui ſine alia ſpecificatione, ſub ſecreto* (comptans)

*tulo in expenſarum codice annuatim reperiuntur, devenerint, inquirere anceps & illicitum.*

V I. *Vltimo ad ſublevandam contribuentium egeſtatem, plurimum facit commerciorum libertas & frequentatio, atque ut ſubditi ex mercatura, opificiis, agrorum cultura, metalli fodinis, aliiſque incrementis diteſcendi occaſiones reperiant, ſed & hæc penè ſublata Gallis; dùm enim diplomate publico partim inhibent, partim deprædatione navium in Mari Mediterraneo Batavos & Italos offendunt, nec propter*

*pter bellum cum Belgii parte & Hiſpaniis ulla communicatio, nec ipſi Galli navigationibus potentes; interit paulatim illa commerciorum utilitas & concupiſcentia, nec aliud reſtat, niſi ut unus alterum excoriet.*

---

## Privilegia & conſuetudines populorum non facilè mutanda.

## I V.

*VT Principi, ita populo ſua jura ſunt quæ dum utrinque illibata manent, indiſſolubili nexu copulantur illa jubendi* Reſpublica nulla eſt, ubi leges non tenent imperium. *Ariſt.*

*æquitas & obediendi promptitudo, & ſolidum ſtatum efficiunt. Dum verò proportionem debitam excedunt, & hic vel ille, alterius limites invaſerit, vacillat ſubitò & concutitur, cujuſcunque fuerit, Reipublicæ corpus. Sunt autem præter communia illa naturæ & Gentium jura, diverſæ Regnorum conſtitutiones, quibus Regi ſua tribuitur dignitas & in ſubditos jus; ſubditis quoque modica libertas, & vitæ, bonorumque ſalus, ut, his obſervatis, ille à tyrannide, hi à licentiâ abſtineant.*

Nello ſtato come ne' gli edificii, l'ornamento ſi muta, la baſe eternamente ſi laſcia; Così quelle leggi che fodamentano la forma del governo. *Roccabell.*

*Hinc mutuæ illæ obligationes, capitulationes & juramenta. Sed ſive per ambitionem; ſive per metum, & mutandi libidinem, nihil frequentius videmus, quàm leges & privilegia ſolenniter jurata imminui, proſcindi, & antiquari. Sermo non eſt de illis, quæ vetuſtas abolet, cum & illa ſuum jus habeat,& indignum eſt de mutatione ejus neceſſaria conqueri. Sed quæ per hanc approbata, & robur ſuum acquiſiverant, per violentiam niſi cum motu & alteratione convelli nequeunt. Auſtriaci Duces, Re-*

Digna eſt vox Majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. *Theodoſ. C. de ll.*

Non oportet ſervitutem putare ad Reipub. normam & leges ſe componere ſed ſalutẽ. *Ariſt. Pol. 5.*

*gnis & ampliſſimis in Germania ditionibus non contenti, Imperium quod beneficio Ordinum acceperant, hæreditarium ſibi facere totumque invertere ſtuduerunt, juribus & privilegiis Electorum, Principum & Statuum vi & contemptu abolitis, neglectiſque, ſed triginta annorum bello errorem hunc luerunt, & omnia demum in priorem ſtatum reſtituere coacti ſunt. Hiſpano carius illa dementia ſtetit: poſt diuturnum enim bellum & innumerabiles ſumptus, non in priorem ſtatum, mutata ipſi reſtituere*

*tuere fas erat, ſed ſubditos & rebelles, pro libero & independente populo agnoſcere cogebatur, ut de Luſitania & Catalonia nil dicam, de quibus adhuc lis. Quàm improſperè quoque Angliæ Regi ceſſit tentata illa jurium innovatio, nuperum & heu lugubre ejus exemplum docuit. Et hi fructus ſunt pertinaciæ illorum, qui omnia ſibi licere exiſtimant, & antiquas ſubditorum conſuetudines & privilegia, temerè mutant, innovantque, vel penitus tollunt. Gallia Monarchia non temerè & fortuitò crevit, ſed conſtitutio-*

Illi hominum tutiſſimè agunt, qui præſentibus moribus legibuſque etiamſi deteriores ſint, nihil variantes, Remp. adminiſtrant. *Thucyd.*

*tutionibus certis & legibus velut fundamentis innititur, quæ uſque dum illibata manſerant, & in debita Regem inter & ſubditos proportione & harmonia, validus per ſe & florens Galliæ ſtatus fuerat; mutari autem in eo cœpit, dum Reges omnia ad ſe trahere & exiguam Ordinum rationem habere cœperunt: Convocata olim ſunt Comitia; quibus Regni ſtatum exponere & cum quibus de pace & bello, de tributis imponendis, aliiſque gravioribus negotiis deliberare conſuetum erat, ſed annis triginta*

Poſitas ſemel leges conſtantes ſervate, nec ullam earum immutate. *Dion.*

Super omnibus negotiis melius atque rectiùs olim proviſum: & quæ convertuntur, in deterius mutantur, *Tacit.*

*ginta quinque id cautum eſt unicè, ne illa Ordinibus conveniendi libertas permitteretur. Interim penes Parlamentum antiquitus fuerat, Ordinum Regni vices obire, eorumque jura tueri, attendendo an æquum, honeſtum & utile, & an Galliæ conſuetudinibus conforme quicquid Rex juſſerit & ſtatuerit, adeò ut nulla Regis edicta rata ſint habita, quæ coram Parlamento non ſint cognita & Conſiliariorum ſuorum ſententiis comprobata. Et exempla docent non bella fuiſſe indicta, non pacem initam, nihil de mo-*

Trà i Regni bene ordinati & governati a' noſtri tempi, è quello di Francia, e in eſſo ſi trovano infinite conſtitutioni buone, donde ni dipende la libertà e ſicurtà del Re, delle quali la prima è il Parlamento, e la ſua autorità. *Mach. c.* 19.

*moneta, tributis, legibus, Magiſtratûs exauctoratione, de capitis ſententia vel levioribus ſtatutum fuiſſe, niſi curiæ hujus voluntate & conſenſu, quem Reges quandoque adeò impetrare nequiverant, ut Parlamentum ſeu authoritate ſua, ſeu remonſtratione ſupplici ſæpius interceſſerit & regios conatus fecerit irritos. Et hæc temperamenta haud inutilia quis dixerit, quæ Richelius Cardinalis, validus Regiæ Authoritatis aſſertor, ligamenta & fræna Rege indigna cenſuit, & ideo excutienda.*

Suſ-

*Suſcepit itaque & auſus eſt quæ ab initio Monarchiæ feliciter uſurpata, ſimul abolere & confundere: Comitia, ut dictum eſt, abhorruit; Ordinibus Regni non competere exiſtimans, de ejus adminiſtratione eſſe ſollicitos. Parlamenta ad Iuſtitiam inter particulares adminiſtrandam adegit, quamvis nec id promiſcuè datum eſt. Si quid enim ad guſtum ejus judicandum erat ad aulam evocavit, vel Commiſſariis certis, ſuis ex Parlamento ſatellitibus, concredidit. Publica verò haud illis tangere fas. Et ſic ſine ulla re-*

Vir civilis & Rempublicam tractare incipiens, tamdiu civium moribus conſentaneè vivat, & ſe ad eorum naturam accommodet, atque ſcitè conſectetur ea, quibus populus ſoleat delectari, donec opinione virtutis, & fide jam comparata auctoritati inniti poſſit. *Plut.*

Dignitas in ſententiis dicendis, libertas in Republica capeſſenda ſublata eſt tota. Nam aut aſſentiendum eſt, nulla cum gravitate paucis, aut fruſtrà diſſentiendum *Cic.*

*remorâ liberè graſſabatur, de vitâ & bonis ſubditorum, & de antiquis regni conſtitutionibus pro lubitu diſponens. Grata hæc dominantibus, ideò; qui ſucceſſerunt, haud difficulter incepto tramiti inſiſtunt. Sed evigilavit tandem ſenatus ille Magnus, & jura ſua Regnique capeſſit: pupillum eſſe Regem, & in illa ætate plus ſibi juris competere aſſeverans; non ita abſolutè omnia geri in Gallia moris eſſe, quod ſi injuria temporum indulgere aliquo tempore coacti ſint, non ideò ſe continuò paſſuros, & ex-*

Civium non ſervitus tibi tradita ſed tutela: nec Reſpublica tam tua eſt, quàm tu Reipublicæ. *Seneca.*

*extremam adeſſe neceſſitatem, cur id nequeant. Et ſic coëunt Suprema Regni Collegia, & uniuntur, quod cum ſibi infauſtum exiſtimaverit Cardinalis, & magnis auſibus obicem poni, Authoritatem Regiam appellat illam, ni cœptis deſiſtant curiæ, violatam iri; ac ideò cum exilia ac minæ nihil profuerint, extrema intentanda. & hinc illæ lacrymæ.*

In eum qui jure agere & ſatisfacere paratus eſt, nefas bellum ſumere, tanquàm in inimicum. *Thucyd.*

Au-

# Authoritas & reſpectus nunquam temerè exponendi.

## V.

Contemptus peſſima omninò eſt Regnis, quorum anima & vita ipſa eſt auctoritas. *Lipſ. Pol. 1.*

CIvilis Principum anima, authoritas eſt, quâ unica ſubſiſtunt, atque à privatis ſubditiſque differunt. Quid enim ſinè hac, unicus inter tot Myriades hominum? Sed ut illam acquirere artis eſt, ſic partam tueri, labor & induſtria. Sunt quibus cum periculo ſæpius alliditur, ſcopuli, nec deſunt qui exterius incumbunt turbines, quos dùm prudenter evitat

Ningun bajel es mas peligroſa que la Corona, eſpueſta à los vientos de la ambicion, à los eſcollos de los enemigos, y à las boraſcas del pueblo. *Saved.*

*tat generoſus Princeps, juxta illi cavendum eſt maximè, ne illam oculi ſui pupillam, quibus vel ad minimum lædi queat, occaſionibus objectet. Facem ardentem ſi vento exponis & pluviis, conqueri nequis, ſi exſtinguitur; ſic immeritò à ſubditis pœna exigitur, dum Princeps authoritatem ſuam ſpontè vel imprudenter violandam proſtituerit. Illa enim opinio & exiſtimatio eſt, quæ de ſufficientia Principum ex amore & metu optimè temperatis, concipitur &* Reſpectus *appellatur, qui venerationem &*

*poſtea*

*poſtea obedientiam gignit. Solidum nihil ineſt, magis enim famâ, quàm vi ſubſiſtit. Tenerrimè itaque haberi vult, & nunquam niſi cum ſecuritate & certo rerum ſucceſſu uſurpari: evulgato enim arcano, poſſe authoritatem Principis impunè lædi, contemptus ſequitur & omnium rerum confuſio. Obſervatum eſt belli hujus tempore, nihil magis conqueſtos eſſe Miniſtros Galliæ, quàm Authoritatem Regiam fuiſſe læſam, & reparari oportere vel cum periculo totius rerum ſummæ: Et benè; Princeps enim ſine au-*

Nihil rerum mortalium tam inſtabile & fluxum eſt, quàm fama potentiæ non ſuâ vi nixæ.

Niuna coſa è, che più rouini la riputatione di un Prencipe, che il cadere nel concetto degli huomini di non haver animo, ò poſſanza di riſentirſi dell' ingiuria, e non eſſer pronto à caſtigarle. *Guicciard.* 40.

*authoritate, pavo eſt ſine cauda. Et idem eſt nullos habere ſubditos, & Principem contemnentes. Pro hac igitur nihil non condignè impenditur. Sed præſtitiſſet mea opinione, & violento hoc remedio non opus fuiſſet, ſi Domini Miniſtri, authoritatem illam, quam nunc toties crepant, cautiùs conſervâſſent. Verùm non ſemel, ſed toties illam violatam viderunt, & ſine aliâ caſtigatione rurſus expoſuerunt. Vnio quatuor Curiarum Regio nomine prohibita fuit, ſed nihilominus continuata; Arreſta*

S'altre volte habbia il popolo dato de' piedi al padrone, guardi non irritarlo à rinovar il fallo: *Guiciard.*

Si clementes eſſe velimus, nunquam deerunt bella civilia. *Cic.*

 *Par-*

*Parlamenti per diplomata Regia, caſſata fuerunt; ſed hæc rurſus, ab illis condemnata; Conſiliarios in exilium vel carcerem miſſos, poſt biduum minitanti plebi reddere coguntur. Et poſt hæc omnia, gratiæ Parlamento & Civibus actæ, quaſi fideliter omnia, & nihil contra voluntatem Regis feciſſent. Rurſus armatam ſe exhibuit authoritas Regia, at non minus temerata fuit, dum enim quicunque hujus belli authores fuêre, exiguâ manu Parlamentum ſibi dedi poſtulant, vel urbi famem & incendia minantur, il-*

*ludere petitis & reſiſtentiam ipſi docent. Hinc ad querelas & criminationes; rebelles & Majeſtatis reos eſſe quotquot obſtiterint. Demum & hæc recoquere coacti ſunt, & pro beneficio habere, pace quantociùs factâ, omnia in priorem ſtatum reſtitui.*

---

## Indecorum eſt attrectare quod non obtinetur.

## V I.

F*Eliciſſimus hominum eſſet, cui omnia uſque adeò ex voto ſuccederent, ut*

Vt felicitatis eſt, quantum velis, poſſe, ſic magnitudinis, velle quantum poſſis. *Plin.*

*ut nullibi remoram experiretur ſeu impingeret. Quod cùm difficile factu & ferè ſupra mortalium vota ſit, conatur nihilominus vir prudens ut ad hanc felicitatis ſpeciem, quàm poteſt, proximius accedat. Et hoc obtinet dum paſſionibus ſuis frenum imponit, & nihil quod non honeſtum & licitum, concupiſcit, nec aliquid aggreditur, cujus ſe fore compotem non animadvertit. Ideò circumſpicit homo cautus, cujus naturæ ſit res, quam deſiderat, quid in illâ commodi, quæ difficultates, an parem ſe illi aſſe-*

Multa magnis Ducibus, ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe: quia magna famæ momenta in utramque partem fiunt. *Liv.* Guardiſi di non tentare impreſa che ſia ſoprale ſue forze: e di non entrar in negotio, non in affare, che non ſia ſicuro, d'haverne à riuſſir honoratamente. *Bot. i. 2.*

*aſſequendæ, vel imparem ſentiat, quantæ illius vires, cum quo ſibi res foret, & quid tandem detrimenti in repulſa; quibus omnibus accuratè penſitatis, difficillimè errorem incurrit, ſed decorum in quaque fortuna ſervat & exiſtimationem prudentis & circumſpecti. At contra hanc regulam, utramque belligerantium partem peccâſſe evidens ſatis & manifeſtum eſt. Cardinali cum Parlamento & plebe res erat, & quotieſcunque aliquid juberet, authoritate Regiâ utcunque velatus, repellitur,*

Ce n'eſt rien d'avoir bon droict, ce n'eſt rien de regorger de bonnes raiſons, n'ayant la force de s'en ſervir, & les mettre en lumiere, il faut donc diſſimuler, où il faut avoir des forces & occâſions de ſe monſtrer. *Marnix.*

*quia nempe indecorum mandavit & mandata exequi impotens erat. Salaria Officialibus demere, idem erat ac victum & vitam tollere, cui obſtitit natura, & jus præbuit repugnandi. Deliberationes & conventus Curiarum impedire, & inauditos, exilio & carceribus mandare, Statutis & Privilegiis contrariebatur, & fortiter reclamantes invenit, Traditores quoſdam ex Parlamento accuſavit, qui conjuratione cum Regni hoſtibus factâ, Regiæ per-*

Omnia toleranda, niſi aut indignitas, aut turpitudo in re ſit. *Ariſt.*

Periculoſum eſt de potentibus viris peſſima quæque credere Principem, eorumque vindictam meditari. Sæpè enim innocentes æmulorum invidia defert: & qui primum horruiſſent ſcelus, pœnæ metu & Principis irâ in furioſa Conſilia propelluntur. *C. Forſtner.*

*perſonæ manus inferrent, ſed accuſationem proſequi, & illos convincere, nequivit aut noluit. A verbis tandem ad arma & vim; & decem ferè millibus militum, Myriadem hominum, & inter illos centum mille armatos, fame necare aggreditur, qui ultimus errorum & maximus erat. Pariſienſes quoque conditionis ſuæ & virium obliti, neceſſariâ defenſione non contenti, chartaceis armis confli-ctantur & furunt, exercitum Regium 30. ab urbe milliaribus proſcribunt, commeatum aſportari jubent,*

Multi dum ſe tam Magnos, quam audiunt, credunt, attraxêre ſupervacanea, & in diſcrimen rerum omnium perventura bella. *Seneca.*

*bent, Cardinalem ab Officio movent, boniſque & beneficiis ſpoliant, quaſi verò in illorum poteſtate eſſet, illa omnia executioni mandare. Ac ita, dum neutra pars conditionem & vires ſuas ponderat & cognoſcit, nec in difficultates; quæ ſuperandæ ſunt, inquirit, turpiter hærent, & debilitatem ſuam exteris deridendam produnt.*

Metiri ſua Regna, decet, viresque fateri, *Lucan.*

In

In arduis extrema ſemper via tentanda eſt.

## VII.

*FRequentibus exemplis & ſucceſſu proſpero, comprobatum eſt ſatis Paradoxon illud Politicum, non medium in gravioribus negotiis, ſed extremum laudabile eſſe & ſectandum, ut pluribus id explicare ſuperfluum. At nec illud in Gallia uſurpatum fuiſſe, hactenus apparuit. Bellum cum Hiſpanis eâ felicitate produxerunt, ut finem imponere quovis momento poſſent, & pa-*

Quella ſtrada per vincere è più glorioſa, e più breve, che ha più ſicurezza, e men ſangue. *Roccabell.*

*cem obtinere proficuam, glorioſam, & omni quam unquam Gallia fecerat pacificatione ſuperiorem. Sed dum hanc nolunt, & bellum ob egeſtatem & penuriam continuare nequeunt, fœderatis in bello & ſociis amiſſis, occaſione rei benè gerendæ ſemel neglectâ eventui ſe committere coguntur, ignari quò ſors & fortuna trahant. Et ſi tandem pacem qualemcunque obtinere poterunt, quæ precor differentia, inter illam, quæ in orbis conſpectu, teſtibus cunctis Europæ Principibus & ad ſecuritatem pacis in unum ſimul*

Vt in puteum facilè te immiſeris, haud facilè eduxeris: ſic in bellum *Lipſ. Pol.* 5.

Semel profectò premere felices Deus cum cœpit, urget, *Seneca.*

Magna in Republica momenta ſunt temporum, & mul-

*ſimul colligatis, per Mediatores eximios habere potuiſſent, & ſeparatam illam quam in obſcuritate & angulo aliquo ſoli tandem paciſcentur? Pariter in domeſtico bello nec ſeveritate uti potuerunt, nec clementia, ſed dum media incedunt via, nec metuendos ſe reddunt nec amandos, ac ita in odium & contemptum facilimè incurrunt. Potuiſſet Cardinalis, dum de pecuniâ publicâ malè adminiſtratâ, Provinciis exhauſtis & pace neglectâ conqueri cœpit Parlamentum, quantilla humanitate rem compone-*

tum intereſt, idem illud, utrum antè an poſt decernatur, ſuſcipiatur, agatur. *Cicero.*

Tutum non eſt eos lædere, quos perdere non poſſis. *Strada.*

Amorem apud Populares, metum apud hoſtes quæramus. *Tac.*
Oportet virum Principem, non rectè tantùm imperare ſcire & poſſe, ſed etiam humaniter. *Plut.*

*re, ſi præcipuis Officialibus (qui certè illo ſecreto non indigni) indicâſſet; quæ pacis remoræ, quanta obſtacula, quæ belli neceſſitas, & quantum in eo penderetur nummorum, & ſi reliquarum expenſarum exhibuiſſet calculum, nec inquiſitioni Iuſtitiæ rapaces illos prædones & exactores ſubtraxiſſet. Sed nec illa placuit via, nec alterum extremum, ut vi cohiberet repugnantes, ne contrà hiſcere auderent. Tentavit id equidem bello, ſed quali bello! unica prætorianorum cohorte, ipſas populi delicias & fautores media*

*Omnes qui magnarum rerum Conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur Reipublicæ utile, ipſis glorioſum, aut promptum effectu, aut certè non arduum ſit. *Tacit.*

*media die eripere aggreſ-
ſus eſt, at ſimul reſtituere
coactus; & licet hoc pro
documento habebat arctæ
inter Parlamentum Popu-
lumque connexionis, rur-
ſus tamen impingit, &
cum legiones aliquas urbi
admoviſſet, obſeſſam illam
& bellum declarat, ni de-
deret populus patronos ſuos
& tot Parlamenti capita
mactandos. Adverſarios
invenit, plus 12. Prin-
cipes viros, & inter illos
Regii ſanguinis. Pariſium
ſeu multitudinem ſpectes,
ſeu potentiam & opes,
multarum inſtar urbium
eſt, & contra aggreſſores*

Fruſtrà te terrore ſuccinxeris, ni ſeptus caritate fueris; armis enim arma irritantur. *Plin.*

*fortiter unitum. Provinciæ cæteræ malè habitæ, quiæ non jungebant ſeſe, eventum ſpectabant ocioſæ, ſine alio Regiis partibus ſubſidio dato. Ab alterâ parte Poloni ingruebant & Germani, gentes feroces, ſed exiguo numero, & ob non ſoluta ſtipendia, animo & viribus extenuati; Gallorum quotquot erant, à civili abhorrebant ſanguine, & dum parentes & conjuges, pignora cariora in urbe reliquiſſent, fame illos necare barbarum duxerunt, ac ideò minori cura, commeatum, ut injunctum*

*erat*

*erat, impedierunt. Et hoc apparatu, toto trimeſtri tempore, Charantonium & Briam oppidula duo expugnârunt. Et hoc memorabile illud bellum eſt, quo de rerum ſumma decernitur, & authoritas Regia dicitur reparata. Sed nec vos prudentiores exiſtimo, Domini Pariſienſes, dum inter ancipitia ambigui, nec parêre poteſtis, nec ſeveritatem rebus commodare. Præſtitiſſet certè, ſi ab initio abſtinuiſſetis rebus, quæ non veſtrarum partium, & frequentibus illis minis, injuriiſque de renovando* 1617. *Ar-*

Inter ancipitia deterrimum eſt media ſequi, nec audere ſatis nec providere. *Tac.*

*reſto,*

*reſto, quæ metum primò, mox cæteras cauſatæ ſunt calamitates. Sed cùm neceſſitate ad defenſionem vos adactos deprehendiſtis, & rationes ad arma capienda vobis ſuppetere videbantur, re non minùs quàm verbis, Iuſtitiam illorum & vos viros eſſe, oſtendere oportuiſſet. Arreſtorum eratis prodigi, bello expedienda injunxiſtis, & ſubitò condemnaſtis inauditum, quæ immutabilia fatorum decreta, quis dixerit, ſed in executione ipſimet hærere cœpiſtis, dubitàntibus ſimiles, an æquum & honeſtum*

Vir eâ ratione fiet optimus, ſi in deliberando quidem cunctetur, & prætimeat quicquid poteſt contingere: in agendo autem confidat. *Herod.*

Rectè conſultare nec commodùm ſcire con-

*ſtum fuerat propoſitum veſtrum. Conqueſtus eſt ſæpè populus, jactam fuiſſe aleam, nec eſſe cunctationi locum; vel non incipiendum fuiſſe bellum, vel quâ decet alacritate, proſequendum, eſſe ſibi vires & animum; utendum fervore, ne in priores relaberentur anguſtias. Sed obmutuit Oraculum, & apparuit aliud eſſe pulchra dicere verba, & litem in foro conteſtari, aliud in campo & armis; ignavos eſſe Bartolum & Baldum & ipſò armorum ſonitu pallèſcere. Denique cùm pænitentia utrinque ducti & bello*

ſulta exequi, procedit ab ingenio maximo & exigua prudentia, qua non frequenter pollent acria illa ingenia. *Bart.Phil.*

Nullus cunctationi locus eſt in eo Conſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum. *Tac.*

Plus interdum ſapit Populus, quia tantum, quantum opus eſt, ſapit. *Lact.*

Heu mihi Philoſopharis, atqui Philoſophi ſermone ſolo ſunt ſapientes, cæteris in rebus novi ego eſſe ſtultiſſimos. *Satyr.*

*bello impares, mutatio-nem deſiderarent, levita-te & inconſideratione eâ-dèm ad compoſitionem fe-rebantur præcipites. Sine alio itaque fructu ſanguinis effuſi, Provinciæ devaſta-tæ; & perpeſſorum utrin-que malorum, omnia in priorem redeunt ſtatum & confuſionem, devoratis egregiè Sacroſanctis illis regiis decretis & Parla-menti Arreſtis. Et ſi ſolida foret Pax, condonanda eſſet hæc præcipitantia publico; at compertum fuit, nec ſincerè & ſeriò egiſſe Re-gios, nec Parlamentarios ſui ſuorumque fuiſſe me-mores.*

Oportet eos qui rebus præſunt, nihil magis cu-rare quàm ut eos ne lateat, quo animo ſint, qui aut bella fi-niunt aut ami-citias conſti-tuunt, quando temporibus ce-dentes, & quan-do reverà ani-mis fracti pacẽ ineunt. *Polyb.*

*mores. Quæ enim hæc vecordia, non publico conſulere, nec intereſſatis, ſed fruſtula quædam compingere, Ducibus & militiâ totâ, turpi ingratitudinis nota, excluſis, neglectiſque, & hoc* Pacem *appellare! Docuit eventus quàm hæc ſiniſtrè à Parlamento, Ducibus & populo accepta fuêre, & ſic de novo paciſci oportuit, & nondum conſtat, quâ ſoliditate illa tranſactio futura. Vſque dum enim ſemina reſtant, & malorum cauſæ, nec ulla pars eò redacta, ut nocere nolit aut nequeat, non confidentia redditur*

*nec*

Frequentius, conventionum, paciſque ſimulatio credulis, quàm arma nocuerunt. *Veget.*

*nec ſecuritas. Et ſic dùm media inceditur via, extremis & generoſo quovis auſu neglectis, in pace æquè ac bello hallucinatum eſt.*

---

Neceſſitati cedere & diſſimulare, prudentis eſt.

VIII.

La plus dure, mais la plus juſte Loy du monde, c'eſt celle de la neceſſité, il y a du mal-heur à luy eſtre ſouſmis & de la ſageſſe à luy obeyr. *Reflex. Pol.*

*NEceſſitatis illa vis & dignitas eſt, ut facile & honeſtum reddat, quicquid aliàs impoſſibile haberetur & turpe, adeò ut huic cedere & beneficio ejus frui, pro lucro habuerint viri præſtantes. Qui*

*Qui verò contra inſurgit, quid aliud aſſequitur, quàm ut palàm fiat, quanta ejus debilitas ſit & imprudentia, & quod pejus eſt, haud aliam meretur commiſerationem ac ſi caput parieti ſponte ſua impingeret. Sed ut decorum conſerves, ac ut minus appareat te invitum ceſſiſſe, mātureè flectas, & proprio motu, libenterque id feciſſe ſimules. Ac ita, quod hodie obtinere nequis, tempus & occaſiones aperient, ut tandem honeſtè aſſequaris. Et huc diſſimulatio facit, neceſſarium illud inſtrumentum re-*

Optimum eſt, pati, quod emendare non poſſis. *Seneca.*

Toda la ſcientia Politica conſiſte en ſaber conocer los temporales, y valerſe dellos, porque à vezes mas preſto conduce al puerto la tempeſtad que la bonanza. *Empreſas Pol.*

Ottimo modo è, diſſimulare (quando ſi puo) di ſaper il diſordine à cui non ſi puo remediar ſenza major diſordine. *Botero.*

*regnandi, quod niſi opportunè & ſolerter quandoque uſurpaveris, nudum te proſtitues & difficilimè voto potieris. Et hæc ut remedia inſervire poterant nuperæ Gallorum emotioni, ſi diſſimulandi, cedendique tempora noviſſent. Neceſſarium videbatur Hiſpanicum bellum ſimul cum Germanico finire, quia nec illud continuare ulterius potuit Gallia, undèquaque expilata & debilis; Nec eo lucrari plus, quàm ab Hiſpanis Monaſterii offerebatur. Quin periculum erat; pleraque illorum perdere, dùm*

Turpe alienarum poſſeſſionum cupidine bellum ſuſtinere non neceſſarium, atque adeò cum propriarum opum periculo conjunctum. *Dion. Halicarn.*

*dùm Hiſpano animus crevit & facultas belli continuandi, ex occultâ, quàm à Cæſare & quibuſdam Imperii Statibus, ſperabat, aſſiſtentiâ, & Gallia ſocios amiſit, & egeſtate ac ſeditionibus laborabat. Quid igitur mali, ſi rebus ſic ſtantibus neceſſitati ceſſiſſent, & Pacem ſecuram bello incerto prætuliſſent? Sic dum opinio invaluit, Mazarinum ineptum rebus, vel minus fidum, quia peregrinus, & hinc contemptus & odium accrevit, ut, propter illum tota rerum ſumma periclitaretur, neſcio an ejus magis ad-*

Non eſt inconſtantis ſententiam velut navigium, ex Regni aut Reipublicæ tempeſtate moderari. *Baud.*

Les advis doivent eſtre accommodez à la neceſſité du temps.

Cedere alle volte al tempo, e à grandi incontri, è coſa da huomo ſavio; perche ad una inſeparabile tempeſtà non ſi ripara meglio, che con calar le vele. *Bot. l. 2.*

*admiranda ſit pervicacia, quòd univerſali omnium odio & hinc ingruenti tempeſtati ſe non ſubtraheret vel obſtinatio illorum, qui ob unius perſonam & quidem exteri tanto ſe exponerent diſcrimini; nec enim adeò neceſſarius videbatur & tanto pretio dignus, ut ob ejus conſervationem peſſumdaretur ſtatus, & hujus ruinâ redimeretur miniſter. Exempla memorant, pro ſapientibus habitos eſſe, qui, ne ſcandalo eſſent populo, maturâ ſeceſſione factâ, locum derunt invidiæ & fortunæ adver-*

Quand on ne peut changer les cours des affaires, on le doit ſuivre; c'eſt ſe noyer de ſe roidir contre un torrent. *Reflex. Pol.*

*adverſæ. Nec ideò Princeps authoritatem ſuam lædit, ſi pluris omnes faciat, quàm unum, & ſi cunctis invisum, vel demittat, vel juſtitiæ ſe purgandum relinquat, idque honeſtiùs exequitur & ſine aliquo ſuo dedecore, ſi ſpontè ſapit, & inſtantiæ ſuorum antevertit. Carolus V. Imperator & Hiſpaniarum Rex, Cardinalem Ximenium optimè meritum, & qui minoritate Regis, Hiſpanias feliciſſimè adminiſtraverat, aulâ & officio removit, quia Proceribus habebatur inviſus, & ne hos omnes ſibi*

Rebus inclinatis, meliùs ut te inclines. *Lipſ.*

Quod faciendum eſt neceſſariò, quodque impediri nequit, ſponte ſe facere Princeps præferat. *Bod.*

Gli huomini prudenti ſi fanno grado ſempre delle coſe in ogni loro attione encora che la neceſſità gli conſtringe à farlo in ogni modo. *Machiavel.*

Princeps rebus ſuis ad interitû vergentibus,

D *aba-*

*abalienaret, unicum illum ſenem ſeponere maluit. Nec alia erat cauſa cur Philippus* II. *Cardinalem Granvellanum adminiſtratione Belgii removere coactus erat, quàm quod ordines inſtabant & illum malorum omnium cauſam crediderunt. Ita Matthias Imperator paſſus eſt, ut Archi-Duces Auſtriæ Cardinalem Cleſelium, cui publica incumbebant negotia, ab ipſa Imperiali aula captivum abducerent. Nec certè ſponte ſuâ Ferdinandus* II. *Duces Eggenbergerum & Valenſtenium, Philippus* IV. *Comi-*

petitis licet injuſtis annuat, priuſquam dextrè ratiocinando pereat. *Maugenb.*

*Comitem Olivares dignitate & Miniſterio depoſuerunt, ſed à ſuis admoniti, & pravo rerum ſucceſſu, edocti, cedere neceſſitati, & grandiora antevenire pericula, tutiſſimum exiſtimabant, & minimè indecorum.*

In omni calamitate, cogitatio ac conſilium de fama & exiſtimatione nominis conſervanda debet poſtponi conſilio de ſervanda rerum ſumma & tota Republica.

---

## Vulgus an armorum exercitio aſſuefaciendus.

## IX.

F*Erox & moroſa beſtia* vulgus *eſt, non laceſſita, paſtui quidem indulget & quieſcit; irritata*

Omni populo ineſt malignum quiddam & querulum in imperantes. *Plut.*

*verò furit ; & ſi primus ſucceſſerit impetus , nec vi continetur nec ratione, ſed poteſtatis alienæ ignara, ad motus & rerum mutationes præceps & intemperanter labitur ; & ſicut equus aut Elephas dum vires cognoverit ſuas , ſeſſorem facili negotio excutit , ſic plebs furibunda, virium ſuarum conſcia, rectorem non patitur , nec Dominum. Ne itaque inſaniat intemperans illud animal , eò redigi oportet, ut id nolit & nequeat: & deficiet Voluntas , ſi nec licentiosè nimis , nec ſerviliter habeatur, & ſi detur*

Non ha cibo il popolo , della mutazione più guſtoſo. *Roccabell.*

Sia l'arte in ſomma quella, che ſuavemente , non gl'indeboliſca ; ma gli mortifichi. *Roccab.*

*tur ſudore frui, Facultas quoque tollatur, ſi occaſiones eripiantur, quibus vires exſerere ſuas poterit, & hoc, inter alia, fiet, dum populus ignaviæ innutritus, uſu armorum interdicitur, & emolleſcit. Obſervatum hoc ab antiquis non inutiliter fuerat, & ab ipſis Galliæ Regibus ad ſecuritatem ſuam, & ſeditiones vitandas uſu penè receptum. Hinc Pariſienſes pro mollibus & ignavis habiti, & contempti. Et non inconſultum fuiſſet, in eâdem animi diſpoſitione illos relinquere. Sed contra peccatum*

Perche gl' animi, benche vili s'inalzano ogni volta che ſi veggono in mani le forze, e 'l modo di riſſentirſi, biſogna anco privarli d'ogni potere. *Bot. Rag. di Sta. lib. 5.*

Lutetiæ Pariſiorum ne breviſſimos quidem gladios bajulis ferre licet. *Bod. 4. Pol. cap. V.*

*eſt, dùm armis & obſidione irritantur, & ad obſoleta & æruginoſa arma pigras admovere manus ipſa neceſſitate coguntur. His enim tandem aſſuefacti, animoſiores viſi ſunt, ut nullo; trium menſium, laborum & vigiliarum tædio ducti, ægrè compeſcerentur, & arma deponerent. Quòd verò interea & belli tempore, majoris momenti nihil effecerant, neſcio annè Ducibus illorum ſit tribuendum, quibus forte rationes erant, cur id nollent. Animi enim & virium ſatis erat tot armatis, ut plura potuiſ-*

Accuratè cavendum eſt, ne cui præter eos, qui conſcripti fuerunt milites, arma capere, & militiæ ſtudia ſectari liceat, ne urbani cives bellis aſſueti, otium ac pacem abhorreant. *Bod.*

*tuiſſent. Sed quicquid ſit, ex illâ armorum aſſuetudine factum eſt, ut nec Aula Pariſienſibus ſe committere audeat, nec Parlamentum & Magiſtratus mandatorum ſuorum potentes exiſtant. Quantâ enim inſolentia mandatis ſe opponere audeat vilis plebecula, quotidiani ferè tumultus docent: & avertat Deus, ne pejora hinc ſequantur incommoda. Serò errorem deprehendit Hiſpanus, quod Belgas ſuos, diuturno armorum uſu, bellicoſos reddidit, & invictos, & nemo non confitetur conſultiùs ſe-*

Tantum quiſque poſſe poſtulat, quantum habet virium; non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet. *Cic.*

Debita Ageſilaus refert ex Thebanis præmia, belligerari nolentes, imperitoſq; homines belligerari docens. *Antalcid. apud Plut.*

Sæpiſſimè Senatus Romanus deprehendit eos qui vim ad

ſanandum plebis furorem adhibuerunt, graviter peccaviſſe. *Bod. Pol.cap.4.*

*feciſſe Angliæ Regem ſi elanguidos & imbelles ſubditos ſuos alio quovis remedio quàm armis coërcuiſſet.*

---

Tumultuandi occaſiones vitandæ.

X.

Multi odio præſentium & cupidine mutationis, ſuis quoque periculis lætantur. *Tac.*

P*Rout in humano corpore malè conſtituto, ad vulnus, ſi quid inflictum fuerit, mali undique humores concurrunt, illudque, nî ſimul expurgentur, inſanabile reddunt; ita in Republica & ſtatu præſertim turbido, ſi quæ occaſio tu-*

*tumultuandi enata fuerit, protinus accurrent quotquot rerum novarum cupidi, & quibus in turbido aliqua ſpes, ut ex nubecula, tempeſtates tandem oriantur, & imbres inevitabiles. Sic in nupero civili bello, (ſi ita appellari debeat) cum paucis Parlamenti unius membris, rem ſibi fore Cardinalis credidit, ſed ſimul ac illud decretum eſt, apparuit, Parlamentum integrum, Vrbem totam, plus duodecim Principes viros & Officiales plurimos, hinc indè confluere, & quaſi ad rem communem, vires & con-*

Ex parvis ſæpè magnarum rerum momenta pendent. *Liv.*

Curando fieri quædam pejora videmus vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit. *Ovid.*

*ſilia jungere, & nî tranſactio prævenisset, quicquid ubique maligni, & præſentium impatiens, ad integras uſque Provincias, confluxiſſet, & malum reddidiſſet incurabile; tanti eſt, occaſionem præbere manifeſtandi, quæ melius in occulto.*

---

## An neutralitas in bello civili toleranda.

## X I.

V*Etus Græcorum inſtitutum fuerat, neminem in bello civili quieſcere debere, quin alterutri*

*tri parti nomen daret, ut ita plurium acceſſu, prævalente unâ parte, bellum promptiùs finiretur; Et in illo ſtatûs genere haud inconſultum id judicatum eſt. In Monarchiis verò non ea libertas; inter Regem enim & Subditos ſi ad arma ventum fuerit, ſacrilegum & ſceleſtum dixerim, qui ab horum parte ſteterit. Sed neque in tali caſu quieſcere bonum civem decet, quin pro Rege tuendo ſanguinem & bona contribuat, ad hoc enim obligatio ejus, & ipſa honeſtas illum impellere debet. Si verò juri & au-*

*thoritati Regis nihil derogatur, ſed evenire poterit ut pars utraque, illam illæſam, & contra uſurpatores injuſtos, conſervare prætendat, ut minoritate Regum, & hoc nupero bello acciderat, liberius juſtitiam cauſæ examinare poterunt cives, & æquiori parti ſeſe jungere. Ludovicus Rex modernus infans & pupillus eſt, Regina proba & facilis. Inter Cardinalem & Parlamentum Pariſienſe de Authoritate Regia lis eſt; ille hanc aſſertam cupit, ſed violenter & tanquam Regi majori; Hoc illam ſalvam deſiderat, ſed*

*ſed ſalvis juxtà conſtitutionibus Regni & privilegiis ſubditorum, ac inter tutelarem adminiſtrationem, ſeu primi Miniſtri & ipſius Regis, differentiam ineſſe aſſerit, quam ille negat. Hinc judicare debuit pars reliqua ſubditorum, cui adhærendum erat, & auxilia commodanda. Sed dum illi ſpectatores egerunt, & neminem conſiliis, viribuſque juvârunt, pari fortunâ decertatum eſt, & indecisâ lite pax qualiſcunque facta eſt, ex eodem relicto diſſenſionum ſemine, ad infenſius bellum propediem eruptura.*

# Decorum in omni fortuna ſervandum.

## XII.

Deve il Prencipe recordarſi in tutte le attioni ſue del ſuo grado per non far coſa di ſe indegna. *Iſocr.*

Cæteris mortalibus in eo ſtant conſilia, quid ſibi conducere arbitrentur. Principum diverſa ſors eſt, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. *Tac.*

Quando ſe vè à los ojos la ruina de los eſtados, es

*AD Majeſtatem Principis pertinet, dignitatem & decorum in omni fortuna ſervare, ac ut dignitate cæteris anteſtat, animum ſupra communem ſortem excelſum & impavidum gerere. Nam ut hinc veneratio & reſpectus naſcitur Principi, ita contemptus & infamia, ſi ſui immemor protinus ſuccumbere, vel inertiâ quâdam vileſcere animadvertitur. Nec abjectius aliquid*

*quid, & indignius Principe, quàm metum & formidinem monſtrare, qui non niſi in viles & plebeias animas cadere præſumitur. Hinc laudem meriti, qui in adverſis erecti, memoriam prioris fortunæ & decorum conſervârunt, illi verò pro ignavis, & degeneribus habiti, qui dignitate & animo ſimul deciderunt. Memorabile exemplum eſt, & quod mirabitur poſteritas, Galliæ Regem, Potentem, Victorioſum, Chriſtianiſſimum, media ac intempeſta nocte fugam capeſcere cum Matre, Fra-*

mejor dejallos perder, que perder la reputacion, porque ſin ella ne ſe pueden recuperar. *Emb. Pol.*

Maroboduus ad Cæſarem ſcripſit, non ut profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ. *Tac.*

Gli huomini grandi ſono ſempre in ogni fortuna quelli medeſimi; e ſe la varia, hora con eſſaltarli, hora con opprimerſi, quelli non variano, ma tengono ſempre l'animo ferme, *Macchiav. l. 3.*

*Fratre, Avunculo, & tota Regia Domo, dum nec hoſtis aderat, nec de hoſtium adventu fama, dùm cives commeſſationibus & ludis intenti, nihil præter amorem & obedientiam erga Regem ſuum ſpirabant. Et in hoc nunquàm excuſationem meretur Cardinalis, qui vano terrore perculſus, ad hanc indignitatem tot illuſtres perſonas, & Regem ipſum, temerè & inconſultò adegerat. Sit enim, quod de mala ejus adminiſtratione ſparſæ fuerint voces, & pro abitu ejus vota fortè concepta,*

*an ideò Regem & Aulam totam dedecus illud committere & Majeſtatem exponere oportuit? Certè ſi amâſſet Cardinalis Regem ſuum, & de exiſtimatione illius fuiſſet ſollicitus, morti & periculo cuivis ſe expoſuiſſet potius, quàm ſalutem & ſecuritatem ſuam, turpi & indecorâ actione, & tanti Principis famæ jacturâ redimeret. Vel ſi tanta abeundi neceſſitas, ut Rex ſine vitæ periculo Pariſiis ſubſiſtere nequiret, honeſtiusne, & ſatis tutò media die, ſub alio prætextu, Vrbem relinquere, & aliovorſum ſe conferre po-*

i Franceſi neſſuna voce odono più impatientemente che quella che diſſe: il tal partito è ignominioſo per il Re. *Macch.*

Quando uno ſe aya de perder, mejor es perderſe con genetoſidad, que con bajeza *Sau.* Intuta quæ indecora. *Tac.*

No puede un abatido encender penſamientos generoſos en el Principe. *Emp. Pol.*

*potuit? ſed ita eſt qui ipſe ignavus & timidus, vix animoſa conſulit, & tenebras amant, quicunque ex tenebris orti. Vel ipſe Rex ſit, vel Regium gerat animum, qui dignitati Principum conſulere ſatagit. At non ſemel in hoc genere peccatum eſt; viſa ſunt æſtate præterita, ferociente plebe, dominantium ora palleſcere, & protinus fugam meditari: pacata ſtatim ſunt omnia & quindecim interceſſerunt dies, ſpatium amplum ponendi metus, at nondum ille evanuit; feſto die & ſummo mane Cardinalis cum Rege primus*

Multos in ſumma pericula miſit venturi timor ipſe mali. *Luc.*

Quis eſt homo formidoloſus & corde pavido? vadat & revertatur in domum ſuam, ne pavere faciat corda fratrum ſuorum ſicut ipſe timore perterritus eſt. *Deuter.* 20.

*primus evaſit, incognitus quaſi & fugienti ſimilis. Inſecuta eſt Regina, uterque ſine Regia Pompâ & immemor conditionis ſuæ ægrè tandem in urbem rediêre, ſed uſque adeò adhuc perterriti, ut vix publico ſeſe committere auſi ſint. Vt autem noctuarum inſtar, denique evolârint, dictum eſt, & vagantur adhuc ut criminales, quò ſe tutò convertant plerumque neſcii. Quæ omnia, vah quantoperè Rege indigna!*

Tanta torpedo invaſerat animum, ut ſi Principem eum fuiſſe cæteri non meminiſſent, ipſe obliviſceretur. *Tac. de Vitel.*

## Principẽ oportet nôſſe intentionem & intereſſe Miniſtrorum ſuorum.

## XIII.

*Principis eſt virtus maxima nôſſe ſuos. Privatæ res ſemper offecêre, officientque publicis negotiis. Liv.*

*Nella navigatione di queſta vita procelloſa e turbata, chi ha più cura delle proprie merci, che della nave, reſta prima in un cieca avarizia, & poi nell aque co'l legno inſieme ſommerſo. Roccab.*

E*Videns & heu nimis cognitum eſt, publica negotia privatis Miniſtrantium paſſionibus eò uſque involvi & conduci, ut niſi in quantum huic vel illi proſint, officiantve, haud conſiderari videantur. Sic illa, quibus omnes inſervire debuerant, paucorum utilitati & affectui ſubjacere coguntur. Ideò nihil utilius Principi quàm pri-*

*privatas res & intentionem ſuorum, probè habere cognitas, ut illas, & intereſſe privatorum, à ſuo, & ſalute publicâ ſecernere diſcat. Nec aliud eſt in quo magis cæcutiunt Principes & falluntur. In neceſſario igitur malo, id optandum, at fortuitum eſt, ut privata Miniſtrorum deſideria cum publico bono accordent & coincidant, ut dum illa promoventur, hoc ſimul curari poſſit. Vitam & actiones Cardinalis Richelii qui conſiderat, ad viri unius fortunam & conſervationem, cuncta fuiſſe diſpoſita deprehendet.*

Si ha à por mente à colui il quale propone, o conſiglia alcuna coſa, ſe in quel conſiglio ſi tratta del pericolo del proponente, o de utile e beneficio di colui à chi ſi propone. *Scip. Ammir.*

Conſiliarium Reipublicæ utilem eſſe oportet, & ea nôſſe, quæ facto ſunt opus, & quæ coſnoſcit, explicare poſſe: tum Rempublicam unicè amare: pecuniamque denique contemnere. *Pericles ad Ath Thucyd.*

*Vt*

Vt quiſque fortuna utitur, vita præcellit, & exindè ſapere eum omnes dicimus. *Liv.*

*Vtcunque enim publicum prætexebatur commodum, & quod hujus cauſa in Germania, Hiſpania & Belgio, neceſſarium foret bellum, & ad tranquillitatem ſtatus, matrem, fratremque Regis alioſque ex illo ſanguine aulâ procul habere conduceret, non tamen principaliter, & alio fine hæc agitabantur, niſi in quantum fortunæ & commodo Cardinalis inſerviebant. Sine hoc enim vel non incepta vel lentius proceſſiſſent. Interim hoc indè utilitatis habuit Gallia, ut dum ille res ſuas egit, ad ſummum for-*

Homines plerique omnes, quicquid præ ſe ferant, plus in publicis non ſentiunt, quàm q[...]ntum ad res privatas pertineat. *Camd.*

*tunæ*

*tunæ apicem ſtatum redegit publicum, & Regem ſuum hoſtibus & inquilinis formidandum: Eadem nunc agitur fabula, ſed diſpari ſucceſſu; non in eo ſtatu Gallia ut ob unius conſervationem, & quidem exteri, bellorum calamitatibus ſe patiatur dilacerari; ac ita quod incremento unius, alterius ruinæ inſerviet. Alia ſuppetebant Mazarino media, quibus inclareſcere, & ſe neceſſarium reddere potuiſſet. Dum enim pace, amorem & gloriam & magnum Galliæ commodum obtinere potuit belli con-*

Non privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura, cara habere poteſt, quem diſcordiæ, qué cædes civium, quê bellum civile delectet. Eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. *Cic.*

Sopra l'amore de' popoli, ſi ſtabiliſce l'imperio. Chi ſeppe con arte pigliar' il dominio de gli animi, non haura fatica nel maneggio del reſto. Tutto può ed' e decente, à chi è padrone de cuori. *Roc.*

*continuatione odium & infamiam lucratur,& ſtatum univerſum periculoſo diſcrimini exponit. Et ad hæc attendere debuit, cui ſumma rerum eſt concredita. Pariter cùm Authoritatem Regiam obſtare cenſuit, quominus Iuſtitiæ ſubmitterentur exactores publici, privatam rem ſuam agi, manifeſtum erat ac evidens, ſcilicet ne in abſcondita illa inquirendo, peculatus vulgaretur & noteſceret. Sic in conſilio de caeſcenda fuga, quis tam ſtolidus, ut non animadverteret*

Quando tu vede il Miniſtro penſar più à ſe, che à te, e che in tutte le attioni vi ricerca l'utile ſuo, queſto tal così fatto, mai non ſia buon miniſtro, ne mai te ne potrai fidare. *Machiav.* 22.

*non ſecuritatem Regis quæri (quis enim innocenti pupillo manus inferret?) ſed Mazarini ſolius, qui ſub illo prætextu, honeſtius elabi, & inſequenti bello, de inimicis ſuis vindictam ſumere arbitratus eſt. Quicquid deinceps Principes & Duces partis utriuſque, & Parlamentum ipſum in hoc tumultu agitaverant, plerumque ex intereſſe proprio motum, ac ad illud referri optimo jure poteſt.*

Ita ſe res habet, ut publica ruina quiſque malit, quam ſua proteri, & idem paſſurus, minus conſpici. *Vell. Pat.*

## Extraneo an committatur ſumma Reipublicæ adminiſtratio?

## XIV.

*EXteros fovere & honori habere decorum eſt Principibus, & ad magnificentiam illorum ſpectat, cujuſcumque nationis, virtutum lumina accerſere, & aulam ſuam condecorare. Dignitates verò & officia indigenis præripere, & in exteros conferre, nunquam ſine periculo uſurpatum eſt. Et licet illis committantur militiæ,*

— Lectos ex omnibus oris Evehit, & meritum nunquam cunabula quærit, Et qualis, non undè ſalus, *Claud.*

Admitte ad te alienigenam, & ſubvertet te in turbine, & alienabit te à tuis propriis. *Eccleſiaſt.* 11.

*litiæ, & leviora quævis munera, haud æquè tutò, ſumma rerum adminiſtratio concreditur; & exempla docent quàm improſperè Itali & Angli Gallis, & hi quoque illis præfuêre; quibus commonefactus Cardinalis Mazarinus, cogitare debuit quantum opus ſuſciperet, dùm Gallos & tot viros illuſtres, eidem muneri haud impares, aggrederetur regendos. Vtcumque enim exterum ſe eſſe non confiteatur, utpote civitate donatus, ingenium tamen & mores, linguam & natale ſolum, omnia à Gallis alie-*

Mas Reynos ſe an perdido por ignorantia de los miniſtros, que de los Principes. Sar.

Non cenſebat convenire cuiquam imperiũ, qui non melior eſſet iis, quibus imperaret. *Xenoph.*

*na, diſſimulare nequit. Sed quid non ambitio, & immenſa dominandi cupiditas? Rubiconem tranſivit; ſeu benè ſeu malè ſucceſſerit, poſteritati erit inter exempla numerandus.*

Maximum, cupiditas imperii, malum inter mortales eſt. *Liv.*

---

## Periculoſum Principi, uni Miniſtro rerum ſummam committere.

## XV.

*NIhil exiſtimationem Principis gravius lædit, quàm de ignavia & incapacitate illius, opinio, & naſcitur illa dum Princeps*

Contemnuntur ii in quibus nulla induſtria, nullus labor, nulla cura. *Cic.*

*ceps*

*ceps ſeipſum officio privat, & vices ſuas uni Miniſtrorum committit, eo ipſo enim vel ineptum ſe & rebus imparem confitetur, vel ignaviam ſuam prodit, dum ocium præfert, curæ Rerum publicarum. Prætereà periculo non caret, unum ex ſubditis nimis magnum facere, & quæ diviſa, plures ſociatis laboribus melius exequerentur, juncta in unum conferre, cæteris ad invidiam ſpretis neglectiſque. At invaluit penè mos, non Reges regere, ſed primum Miniſtrum, Regibus pariter & ſubditis dominari.*

Non de ve il Principe mettere in mano di un ſuo Miniſtro tutto il governo dello ſtato & dargli tutta l'autorità ſua, perciò che vinto da qualche paſſione potra rovinarli i ſuoi affari. *Guicc. l. 3.*

Non è coſa niuna più pericoloſa alle Rep. che la ſoverchia grandezza di un particulare. *Betero l. 4.*

Communis cuſtodia Principatus, neminem unum magnum facere. *Ariſt.*

Plures facilius munia Reipublicæ ſociatis laboribus exſecuturi. *Tac.*

Fatale eſt omniũ Dominos uni ſervire. *Forſtn.*

Beneficii loco habere. populi ſolent curationem à Principe, ne ſecantem ſervum patiantur. *Strada.*

*Odioſa exempla ſunt, & ferè ubivis recentia, at quid inde utilitatis, obvium cuivis, & ante oculos. Excuſare ſexus & ætas aliquid poterunt, ſed non ideò ſequitur, omnia ab uno cum ſumma authoritate, expediri debere. Habet Hiſpania concilia certa, per quæ, ordine & induſtria expediuntur, quæ ſunt publica. Et quid impedit Reginam Sueciæ, quin illa virgo & juvenis, graviſſima negotia, & quæ ſunt Principis agat, diligentia & dexteritate incomparabili, Senatui relictis, quæ illorum ſunt, prout*

Il Prencipe dee commettere à miniſtri, quelle coſe che ſono da' miniſtri, e egli fare quelle che ſono da Prencipe. *Malvezzi diſ.* 20.

*prout ex naturâ negotiorum, inter illos unicuique ſunt partita?*

---

## Miniſtrum decet fidei & promiſſionis tenacem eſſe.

## XVI.

R*Es inter mortales pulcherrima fides eſt, & ad continendam omnem vitæ ſocietatem, neceſſaria, nec facilius infamiam incurrit, quàm qui hanc læſerit. Et nemo tam barbarus & perfrictæ frontis, qui non illam colere & æſtimare præ ſe ferat,*

Nulla res vehementius Rempublicam continet, quàm fides. *Cic.*

Prudentia ſine fide, vana & mendax eſt, & vaſta quædam verſutaque calliditas. *Patric.*

Fraus cum in omnibus fœda eſt; tum verò in iis, qui majori dignitate ſunt præditi, fœdior eſt, quàm aperta violentia. *Thucyd.*

*Et ſicut in gravioribus, major illius uſus eſt, & jactura, ita apud illos qui in excelſo vitam agunt, magis eſt conſpicua, & minus patitur contaminari. Caverunt itaque inſigniter, quotquot honoris & famæ fuerant ſolliciti, & ad res ſublimiores accincti, ut hanc velut theſaurum, integram & illibatam ſervarent, ad exiſtimationem ſibi parandam. Cardinalis Richelius inter alia fortunæ ſuæ ſtabiliendæ adminicula, neceſſariam ſibi reputavit opinionem & famam de integritate & fide immutabili, quam adeò*

*accu-*

*accuratè obſervavit, ut vix leviter aliquid promitteret boni vel mali, cujus non certam reliquerat ſpem aut metum; ac ita dum promiſſionis tenax habebatur, & executionis compos, amorem meruit vel formidinem, magnum ſecuritatis ſuæ adjumentum. At contrarium imputatur Mazarino, nempè, quod totus ſit in ore, & promiſſionum prodigus, fidei verò & executionis immemor. Civilitatis & complimentorum liberales noverat Gallos, at ut in mores illorum tranſiret, omnia promittenda*

Vbi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. *Salluſt.*

Decipere pro moribus temporum, prudentia eſt. *Plat.*

 *eſſe,*

*eſſe, fidemque & ſacramenta interponi debere credidit, & ſic aureos pollicebatur montes; officium ſi quod vacavit, aut beneficium non uni, ſed pluribus ſimul, fide ſolemniter data, ſpopondit, plures hinc obligatos ſibi reddere exiſtimans; ſed contrarium evenit, & omnes ferè inimicos habuit; quicumque enim obtinuit tandem aliquid, tædio moræ & expenſis factis, carè id ſatis redemptum putavit: qui ſe fruſtratos viderunt, odium pro gratiâ reddidêre. Et ipſe Cardinalis id ultimò lucratus eſt,*

Mas vale un Toma, che dos Te darè.

Minus decipitur, cui negatur celeriter. *Mimus.*

*eſt, ut nulla dictis & promiſſis ejus habeatur fides, æquè enim contemnitur, ſi ſeriò vel fallendi gratiâ promiſerit.*

Ariſtoteles interrogatus, quid lucri facerent mendaces? Vt vera, inquit, loquentibus non credatur, *Laërt.*

---

## Affabilitas neceſſaria Miniſtro publico.

## XVII.

H*Vmanitatem inter homines colere, & benevolentiâ ac comitate quoſvis complecti, omnibus gratum & laudabile eſt, aulicis verò & Miniſtris publicis apprimè neceſſarium. Sic enim homines devinciunt, amorem con-*

Comis erga eos eſto, qui te conveniunt, non ſuperbus; nam faſtidium & arrogantiam vel ſervi Dominorum ægrè ferunt: comitas verò grata & jucunda eſt omnibus. *Iſocrat.* Principibus haud malè conveniunt gravitas & magnifi-

*conciliant, & duriora quæ-vis pectora, hiſce velut clavibus, aperiunt, conti-nentque. Et dum juxtà ſer-vatur decorum, tantum abeſt ut hinc lædatur gra-vitas, quod ſeveriores for-tè verentur, ut hâc ſuavi-tate velut condimento, il-luſtrior reddatur & ama-bilior. Ideò fores apertæ decent Miniſtrum publi-cum, aures faciles, vultus ſerenus, & comitas ſermo-nis, ſolitudo verò & ſin-gularitas & affectata quæ-dam gravitas acerbitaſque inſigniter vitandæ. Et in hoc rurſus notatur Mini-ſter de quo nobis ſermo. Quid*

centia; Sed miſcenda ſemper tibi rigori, qui ineſſe gravitati videtur, apta quædam ſuavitas: & ſeveritati, quæ magnificentiæ videtur ineſſe, grata quædam popularitas: ut his quoque rebus imperio tuo decus concilies. Imper. Manuel ad filium Palæolog.

Eſto ſermone affabilis, acceſſuque facilis. Vultu, qui maximè populos demeretur, amabilis: æquis deſideriis propenſus, nec iniquis acerbus. *Seneca.*

*Quid enim inter aulicos vulgarius, & de quo magis conqueruntur, quibus cum illo res eſt, quam inviſibilem eſſe Cardinalem, & eadem difficultate admittere illos qui publica tractant, & qui particularia & ſua privata. Quicquid ſit, ſeu culpa illius, ſeu negociorum multitudo, & omnibus ſatisfaciendi difficultas fuerit, ipſi nôrint. Ego hic finio, ac ut actiones Cardinalis qualeſcunque non defendo, ita nec virtutibus ejus invideo vel aliquid detraho; id unicum addo, quod à viro authoritatis & judicii,*

Nulla ſit in audiendo difficultas, nulla in reſpondendo mora. *Plin.*

*cii, nuper illi in aurem, & ex officio amici, dictum erat, Tria ſibi cavenda fore, ſi velit ſalvus eſſe: avaritiam moderetur, & inutili pecuniâ amicos paret, & dignis præmia & largitiones non invideat; Secundò, dictis fidem adhibeat, & minus ſit verſatilis; & tertiò viſibilem ſe præbeat & ſollicitantibus magis facilem. Quæ, an uſu edoctus, corrigat, & melius famæ ac ſecuritati ſuæ poſthac conſulat, Videbimus.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE TORINO
784602